

## Notitiae Ecclesiasticae saeculi XVI.

*Episcopi sequebentur, ni velint heredes datis cautionibus de bono successori debito respondere.*

Inter mobilia beneficio affecta occurunt scripturae, vestes sacrae, vasa, calices; omnisque altaris supellex, si sit ex fundatione, nec privati juris.

## CONCILII II. BURDIGALENSE

Anni 1624.

1. Postrema hac a nobis discutienda provincialis Syndicato, convocata & inita Burdigala fuit ab Eminentissimo Cardinale Franciso de Sourdis Burdigalensis Archiepiscopo, Aquitanus Primate, Summo existente Pontifice Urbano VIII. anno 1624. Ludovico XIII. in Gallia regnante.

Tit. IX. De dimissoriis litteris. Graviter officiunt retra ministrorum Ecclesie ordinationi facultates de promovendo a quoque. Quare ut probe norit Episcopus subditorum Ecclesie sue mores, per semetipsum Ordines conferre tenetur, nisi agritardine aut alia iusta causa impediatur: qua subsistente, subditos suos non alter quam jam probatos, examinatos, & de quorum probitate, moribus & conversione per denunciations in Ecclesie factas sibi confit: ad alium vicinorem, seu alias certos, non quocumque dimittat, causam in litteris exprimam, cur a se non potuerit ordinari; neque ad plures Ordines sacros suscipiendo, sed ad unum Ordinem dimitat: quo suscepio, vel temporibus ordinationum a die facultatis concessa proxima sequentibus lapsi, quacumque facultatis litteras nullas esse, & omni virute carere declaramus. Conformatur Tridentino Concilio, sess. 7. cap. II. 12. 13.

Quia vero complurimi ob incapacitatem & pravam vitam ab Ordinariis suis repulsa passi, facultates de promovendo a quoque obtinentes seu habere pretendent, sine commendatione & licentia Ordinariorum suorum contra sacros canones sepiissime promoventur: nullus deinceps a quoquam Episcopo, etiam cuiusvis generalis aut specialis rescripti vel privilegii praetextu, etiam statim temporibus promovetur, nisi ejus probitas ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur: si secus fiat, ordinans a collatione Ordinum per annum juxta sacri Concilii Tridentini decretum; & ordinans a suscepторum Ordinum executione, quamdui proprio Ordinario videbitur expedire, sive suspensus. Istud decernitur in Tridentino sess. 23. c. 8.

2. Sed negre licet Capituli Ecclesiastici, aut aliis quibuscumque in iurisdictione Episcopi loco Capituli sede vacante succedentibus, infra annum a die vacationis, Ordinis licentiam aut litteras dimissorias, seu Reverendas, ut aliqui vocant, tam ex juris communis dispositio, quam etiam cuiusvis privilegio, aut consuetudinis vigore, aliqui, qui beneficii Ecclesiastici recepti sive recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere: Si secus fiat, Capitulum contraveniens Ecclesiastico subjaceat interdicto: alii autem loco Capituli existentes, ab officio & beneficio per annum sine ipso iure suspensi: sic ordinari vero, si in minoribus constituti fuerint, nullo clericali privilegio, praeferim in criminalibus, gaudent: in maioribus vero ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prelati sint ipso iure suspensi. Abbates etiam, & alii exempli, aut Collegia, vel Capitula quocumque etiam Cathedralium, litteras dimissorias aliquibus Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedere non possint; sed horum omnium ordinatio servatis omnibus a sacro Tridentino decretis, ad Episcopos, intra quorum fines confidunt, pertinet; non obstantibus quibuscumque privilegiis, praescriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. Unde Superioribus monasteriorum, in quibus religiosi fixam & firmam commorandi sedem habent, prohibemus, ne litteras dimissorias Religiosis suis, ut a quoquaque ordinantur, concedant: sed a suo Pontifice, aut ab alio eius licentia ordinandos esse dantaxat decernimus. Eos vero qui pro instituto ad varia domicilia certis temporum intervallis transferuntur, cum litteris Provincialium suorum de voto emiso religionis fidem facientibus, ab Ordinario loci, in quo pro tempore degunt, tantum admitti presumpimus: ab aliis nunquam nisi attestacione probabita a Pontifice loci, seu Vicario generali obtenta, qua cur a se non poruerint ordinari, perhibeatur. Omnes autem litteras Ordinis proxime suscepit ordinant Episcopo exhibere, aut alias de eodem suscepit fidem facere teneantur.

Tridentinum sess. 7. cap. 10. Concilium etiam generale Lugdunense sub Gregorio X. eos qui scienter or-

dinaverint Clericum alienum, per annum a collatione Ordinum suspendit. Et postquam suspensio fuerit manifestata, poterunt suspenxi illius Episcopi subditi, sine hujus licentia, a vicinis Episcopis, precedente debito examine, ordinari, ut refertur c. eos qui, de temp. ordin. in 6. Concilium Sardicense can. 15. 18. & 19. ipsiusque Nicenam can. 16. declarant ejus ordinacionem, qua sit ab alio Episcopo absque litteris proprii Episcopi, esse irritam, & ut loquantur, *duorum*. Huc pertinet apud Gratianum dist. 71. per totam. Cumque censure, si violentur per sacri Ordinis exercitum, inducane ipso facto irregularitatem, is qui violat hoc modo ejusmodi suspensionem, irregularitatem contrahit, a qua, si sit occulta, potest quidem propriis Episcopis dispensare juxta Concil. Trident. sess. 14. cap. 6. sed si publice innotuerit, solus Papa dispensare ab illa potest irregularitatem, eamque remittere. Videndum ea de re Bonacina tractat. de dispensat. in part. disp. 3. quest. 1. p. 11. num. 28. Quod autem violatio censure cuiusvis per exercitum Ordinis sacri pariat irregularitatem, liquet ex apostolice, & c. si celebrat, de clericis excommunicante.

3. Quanta vero sit adhibenda in sacris conferendis ordinationibus cautio, docet Apostolus 1. Timoth. 5. his verbis: *Mannus citio nemini imponueris, & ne communicaveris peccatis alienis.* Et Leo Papa Magnus epist. 1. alias 87. ad Episcopos Africanos, in qua exponit eadem Apostoli verba. De eodem quoque Leone refert Sophronius cap. 149. quod cum plures noctes ad sacram Apostolorum memoriam excubasset orans pro summa remissioni peccatorum, responsum habuisset a sancto Petro sibi apparente, omnia ei præterita dimissa esse peccata, solis iis exceptis, quæ in ordinationibus aliquando committuntur. Summis quoque Pontifex Hormida epist. 25. ad universos Episcopos Hispanie cap. 1. *Ut in Sacerdotibus (inquit) ordinantis, que sunt prescripta & a Patribus definita, cogitatis: quia sunt est Caput Ecclesie Christi, Christi autem Vicarius Sacerdotes; sic & in eligendis his curam oportet esse præcipuum.* Irreprobens enim esse convenient, quos præesse necesse est corrigendis: nec quidquam illi deesse persone, penit quam est Religionis summa & substantia disciplinae: Et estimet quis premium Dominici gregis, ut sciat, quod meritum confessandi debet esse Paforis. Hor ita fieri, si non Sacerdotii gradus saltu quodam passim laicis transferantur. Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula commituntur Ecclesie. Dicere prius quique debet, ante quam doceat, & exemplum religiosa conversionis de le potius aliis præfere quam sumere; emendatore esse convenient populo, quem necesse est orare pro populo.

9. Tit. De Concilio Provinciali. Teneantur omnes Episcopi sub panis sacræ canonibus latis, statu die Concilio adesse. Itaque in benedictionibus tempora prevenire current, ut illuminata mente, & purgato spiritu principali affectu, conjunctis & sollicitis animis Ecclesia Dei providerent possint.

Et quidem cum in hoc ipso Concilio Episcopus provincialis admonitus & rogatus, ut ad Concilium conveniret, suaque in rebus definiendis partes conferret, nec tamen pariter dignatus esset, inquitum tandem de eo fuit, ejusque malo regime, ratione cuius ejus Vicarius generalis, quem sibi selegerat, suis conformem moribus & lucro addictissimum, infante Synodo-Promotore, Synodus ipsa officio depositus, eidemque ex officio alterum generalem Vicarium subrogavit metitis præcellentes. Antistes vero ipse Sarlatensis damnatus est privatione tertie partis præuentum Episcopum, quorum detractione, & sequestratione Cathedrales Ecclesie, quam summopere neglexerat, repararet, ut liquet ex Conciliis actis. De Metropolitanis quidem decernit Nicolas Papa, scribens ad Rodulfum Bituricensem Episcopum, nihil posse Metropolitanum. aut Primatum in suffraganei Parochia, excepto appellatis iudicio, ut refertur in c. conquestus, 9. quest. 3. & c. 1. de officio Legati. Loquitur porro de potestate, quæ usu frequentissima erat: quotidie namque occurrerant apud Metropolitanum tribunal ditinimè appellacionum causa, minus vero frequentior erat ceterarum prærogativarum usus & occasio, inter quas non minima erat indicio & convocatio Synodorum provinciale & infiatio ponarum, quibus multitudine erant suffraganei Prelati, qui per contumaciam non adventarent, neque excusationis causas allegarent. Concilii Laodicensi canone 4<sup>o</sup> jubet Episcopis ad Synodum vocatis, ut accedere non pigritetur, nisi valetudine impeditantur. Habetur dist. 18. cap. non oportet vocatos. Concilii etiam Arelatensis secundum cap. 19. eadem iteratur iusso sub pena suspensionis usque ad subsequentem Synodum

## Concilium Constantinopolitanum, ann. 1642.

447

Synodus Provinciale, in qua se sistens obtenta absolutione prioris contumacia, recipi & confidere poterat. Habetur can. Si quis autem, dist. 18. Antiquitus etiam nemini electo in Episcopum licet consecrationem suscipere nisi de manu proprii Metropolitani, ut constituit primum Nicenam Concilium can. 4 & 6. Itemque Antiochenum can. 19. & Innocentius I. epist. ad Victoricum Rothomagenensem Episcopum, cap. 1. Et Leo Papa Magnus epist. 4. ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum cap. 4. & Gelasius Papa epist. ad Episcopos Dardanie. Quin etiam si quando Metropolitanus per agitacionem aliud impedimentum non poterat novum Suffraganeum consecrare, ius habebat alium vice sua Episcopum delegandi ad hoc munus, cui vices gerenti reliqui Suffraganei cedere tenebantur, ut declarat Innocentius III. c. quod fedem Apostolicam, de officiis judicis ordinis. Omitto antiquum jus visitandi provinciam, & ad hoc procurations exigendi, c. cum ex officiis de prescriptionib. aliqua præfca Metropolitanarum jura.

## C O N C I L I U M

## CONSTANTINOPOLITANUM

Anni 1642. adversus impia Calvinini dogmata,

1. Freqüenti experimento comprobatur assertio ista filii Sirach c. 10. Ecclesiastici: *Secundum judicem populi sic & ministri eius: & qualis est rex civitatis, tales inhabitantes in ea.* Rex insipiens perdet populum suum, & civitates inhabentur per sensum potentium. Hoc nostro seculo perditissimus Cyrius vir Graecus egit cum Batavorum Calvinistarum Oratore, qui pro commerciis gentis sue tuendis & promovendis ad Portam resedit Turcici Monarchæ, si ejus interventu hoc impetraret, ut ad sedem Patriarchalem Ecclesia Constantinopolitanam promovetetur, se tanto obstricatum beneficio deinceps omni studio elaboraturum, ut Calviniana secta toto Oriente propagaretur. Propositionem Batavus lubenscepit, exigitque cum Batavorum Optimatibus, ut vim auri Republica illa suppeditaret, qua corruptus Praefectus pretorio, quem Magnus Vifrem vocat, Turcarum Monarchs persuaderet, ut supra quæ pollet auctoritate Cyrillici Ecclesie regia civitatis Patriarcham constitueret, qui etiam corrasa undique pecunia, & pollicitatione dignitatem & emolumētorum Graecanica Ecclesie multorum studia sibi conciliavat. Proiectus igitur ad concupitam illam sedem, Calvinianos errores sensim insinuare exorsus est, deinde majori sumpta fiducia confidentius animis infillare per se & corruptos a se concionatores. Et quanvis permulti restiterent argue obniterentur, non paucos tamen seduxit suisque partibus addixit. Sed tamen veteratoribus hujus oppignoratum novatoribus haeticis fidem, & sacrificias ab eo suscitatas de religione contentiones ejus direxit interitus. Quin etiam ei successor datus est Partenius, qui nuperas Orientalis Ecclesie labes ac ruinæ coacta Constantiopolis Graecorum Episcoporum Synodo reparavit anno 1642. Cujus acta & decreta Moldavorum Principi Basilio Baibonde dedicata, typis publicis idem Patriarcha Partenius in Moldavia ab Jasio typographo imprimi curavit, Graeco ferrone polyhymnum in Latinum verso. Et subscripterunt Partenius dictus ecumenicus Patriarcha, Petrus Mogilas Metropolitanus Ruscia, cumque his aliis plerique Antistites, omnibus primarii Magnæ Constantinopolitana Ecclesie ministri ac officiales. Grande fuit opera pretium Synodi hujus promulgatio, ex qua perspicuum fit, vis ulla esse dogma Novatorum a factrofanta occidentis Synodo Tridentina damnatum, quod pariter Synodus ista Graecanica non detectetur. Quod tamen ministri seculari studiose disimulant & occultant; immo vero imperitis & vecordibus fraudulenter ex occasione schismatis exacerbandi, quo se olim Graecici ab Ecclesia Romana se junxerunt, afflere audeant, habere se Graecos secum in rebus fidei convenientes, prorsusque ab Ecclesia Romana doctrina dissentientes. Per hanc vero Synodum illa manifeste convincitur impostura.

2. Primo quidem decreto Concilii hujus immerito exploditur illa propositio, cui contentiunt cum universalia Ecclesia Catholica sequaces Calvini; Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere: Hoc tamen ab haeticis discrimine, quatenus illi non ex divina & infusa divinitus fide istud credunt, sed humana quadam & naturali propriae iudicis persuasione; si enim ex persuasione a fide proficiente ex Ecclesia, que falli, aut fallere nequit in hujusmodi propositionibus circa res fidei ac aeternæ salutis, id ipsi persuasum est, utique in om-

nem Ecclesia doctrinam contentire, quandoquidem Caput Ecclesiæ Christi portas inferi nunquam adversus eam prævalituras contestatur, & evidenter astruit, si quis Eccleiam audire noluerit, habendum est pro ethnico & publicano, ejusque Apostolus afferit, Ecclesiam Dei columnam esse ac firmamentum omnis veritatis. Præclare ait Augustinus lib. de unitate Ecclesie cap. 4. Item quicunque credunt quidem, quod CHRISTUS JESUS ita in carne ventrit, ut in eadem carne, ut dictum est, venerit, & in eadem, in qua natus & passus est, resurrexit, & ipse sit Filius Dei, Deus apud Deum, & cum Patre unum, & incommutabile Verbum Patris, per quod facta sunt omnia: sed tamen ab ejus corpore, quod est Ecclesia, ita dissident, ut eorum communis non sit cum toto, quacumque diffunditur, sed in aliqua parte separata inveniatur, manifestum est eos non esse in Catholicæ Ecclesie. Quapropter quia cum Donatistis quæstio nobis est non de capite, sed de corpore, id est non de ipso Salvatore JESU CHRISTO, sed de ejus Ecclesia; ipsum caput, de quo dissentimus, &c. Sanctus Doctor Thomas Aquinas ceterique methodici Theologi hoc idem argumento probant. Tunc fides in aliquo perit, quando in eo deperit formale objectum fidei: At vero in heretico etiam unicum fidei articulum inveniente perit objectum formale fidei, quod est veritas prima in Deo attestante & docente ac proponente per Ecclesiam & Scripturas Divinas ab eadem Ecclesia expositas, cuius est Officium de sacris Libris iudicandi, eorumque veros sensus explicandi dirigente Spiritu sancto, quem eidem affutatur pollicitus est Deus omnibus diebus ad usque facultorum finem & consummationem. Hereticus autem, qui vel unum vel eam ad Ecclesia assertum fidei articulum rejecit, quanvis ceteris omnibus assentiri prosteatur, ad proprium iudicium ac libitum suum determinat ac definit confessionem, acquiescens iis, quæ sibi ardent, reliqua autem sibi displicentia despiciens, rejecta Ecclesia proponentis auctoritatem. Qapropter l. i. C. de heret. eruditus definiet hereticum, ut sit omnis, qui vel minimus negotio a iudicio Catholicæ Ecclesie aberrat. Igitur etiam in iis, qui simul cum Ecclesia credere se profitetur, neque formatam neque informem retinet fidem. Etiam enim fides nostra non terminetur, aut resolvatur nisi ad primam, que Deus est, veritatem revealant, tamen Ecclesia propositio, per quam omnem nos docet veritatem, est conditio, sine qua non affirmantur Deo revelanti: nec Evangelio, testante Augustino, crederemus, nisi Ecclesia iubentis juberet ac suadet auctoritas.

3. Excepto primo hujus Synodi decreto, quod errori Graecanico velicitur, cetera omnia, que sequuntur, orthodoxe fidei conformantur. Quale est istud secundum, quo dominantur Calviniani, folius sacrae Scripturae auctoritatem ut unicam recte fidei ac religionis normam astuentes, sacras vero traditiones, quas Magnus Basilius ceterique veteres Sancti, tum Graeci tum Latini Patres, sacris Libris aquiparant, procaciter respondeant.

4. Tertio articulo Concilii Patres Calvinianum dogma cum execratione proscrubunt, Deum sola voluntate, nullaque habita meritorum ratione, quodam in aeternam gloriam, alios in eterna supplicia prædestinare.

5. Nec minore detestatione quartum dabant, Deum reprobus de industria ad peccata impellere ac incitare ea vi, cui homo non possit obstatere.

6. V. Divine Providentie proprie ac primario attribuenda esse criminis omnia, que a cunctis malis tam Angelis quam hominibus secundum ejus permissionem perpetrantur.

7. VI. Universam naturam humianam infectam fuisse peccatis, non solum originis per primum parentem Adamum, sed etiam actualibus inquit mortiferis, ne maximo quidem inter natos mulierum excepto, neque Virginem inter omnes mulieres benedicta.

8. VII. Tollendas esse Sanctorum intercessiones, & Beatorum Angelorum protectionem & custodiem.

9. VIII. Statuendum fide, absque operibus, homines salutem consequi.

10. IX. Terrestrem ac calefem Hierarchiam confundens dogma, tollensque Pontificiam potestatem.

11. X. Afferentes pari temeritate hujus terrestris Ecclesiae membra solos esse apud Deum electos, neque illos ceteros credentes, qui Divinorum Sacramentorum sunt participes, nec tamen ad aeternam felicitatem praedestinati, atque ita Judam, dum esset innocens, nunquam ad Ecclesiam corpus pertinuisse: Paulum vero, dum Ecclesiam persequebatur, ejusdem Ecclesie membrum extitisse, eo quod esset ab utero matris praedestinatus.

12. XI. Quod Calviniani ententes Patrum doctrinas aboleant, Ecclesiam dicant immediate a Spiritu sancto doceri, nullatenus utente hominum manibus aut lingua; cum tamen homines Prophetæ & Apostoli fuerint, qui